sacco aperuerunt singuli. Quos
scrutatus incipiens a maiori usque
ad minimum, invenit scyphum in sa-
co Beniamin. At illi scissis ve-
stibus oneratisque rursum asinis re-
versi sunt in oppidum. Primusque
Iudas cum fratribus ingressus est
ad Ioseph. Necdum enim de lo-
co abierat. Omnesque ante eum pa-
riter in terram corruerunt. Qui-
bus ille ait. Cur sic agere voluistis?
An ignoratis quod non sit
similis mei in augurandi
scientia? Cui Iudas. Quid
respondebimus inquit domino meo
vel quid loquemur. aut quid iuste
poterimus obtendere? Deus in-
venit iniquitatem servorum